22. Mas al presente así en esta diócesis como en las demas de este reino la fiesta de la Inmaculada Concepcion se celebra con el rito mas solemne de doble de primera clase con octava, porque la Santisima Virgen considerada bajo el título de su Inmaculada Concepcion, fué nombrada y elegida con unánime consentimiento en las Cortes de toda la nacion el año de 1760 por Patrona principal y universal, y asimismo por Abogada especial de los dominios de la España y de las Indias, lo cual fué aprobado por el papa Clemente XIII, quien á súplica de Carlos III concedió, condescendió y extendió á todo el clero español (asi secular como regular, aun de cualquier modo que sea exento) para el dia festivo y solemne de la misma Inmaculada Concepcion y su octava el oficio propio que empieza: *Sicut lilium*, y la Misa: *Egredimini et vi-*

anno 1767 concessit, ut singulis sabbatis festo duplici vel semiduplici non impeditis, exceptis nonnullis in sua constitutione expressis, idem officium proprium et Missa itidem propria respective celebrari sub ritu semiduplici possent ab omnibus et singulis utriusque sexus fidelibus qui in eisdem hispaniarum dominiis ad horas canonicas tenentur: atque ut in litanis Lauretanis tam publicè quam privatim in ipsis regnis recitandis, post versiculum Mater intemerata, in speciale obsequium Conceptionis alterum, Mater immaculata superaddatur.

25. Nunc autem qua devotione clerus populusque fidelis istius diocesis erga hujusmodi mysterium sit animatus, ex apparitissimis signis, quibus festum colit, liquido claret. Nulla enim totius anni sacra festivitas splendidiori pompa in omnibus ecclesiis tam secularibus quam regularibus pro cujuscumque earum possibilitate peragitur. Atta-

de, de que usa el órden franciscano. Concedió tambien este sumo Pontífice, año de 1767, que todos los sábados no impedidos con fiesta doble ó semidoble, exceptos algunos expresados en su indulto, se pudiesen celebrar con rito semidoble el mismo oficio propio, y respectivamente la Misa tambien propia por todos y cada uno de los fieles de uno y otro sexo que en los mencionados dominios de España están obligados á las horas canónicas; y asimismo que en la letania lauretana rezada ya pública, ó ya privadamente en los dichos reinos, despues del verso *Mater intemerata*, se añadiese otro diciendo: *Mater immaculata*, en obsequio especial de la Concepcion.

25. Ahora bien, cual y cuanta sea la devocion del clero y el pueblo fiel de mi diócesis á este misterio, aparece indudablemente por las demasiado lucidas demostraciones con que celebra la festividad. Porque ninguna otra funcion de todo el año se hace con pompa mas espléndida en todas las iglesias así seculares como regulares

*men in cathedrali, cujus canonici jurant defendere Immaculatam Virginis Conceptionem, cultus magnificè resplendet, et tum in ipso die festo, tum in reliquis per octavam habetur sacra concio, quod itidem in nonnullis accidit ecclesiis.*

24. *Consonant cum clero cæteri de populo fideles, inter quos etiam negligentes in observantia festorum vix ullus existit, qui diem Immaculatæ Conceptionis non sanctificet, missam audiendo, et se ab operibus servilibus abstinendo. Communiter vero in hac solemnitate plusquam in aliis templis extraordinaria confluentia frequentantur, sacramenta recipiuntur, et pietatis ac religionis opera multiplicantur. Adjicienda sunt item publici jubili signa, nempe quod cymbala festivo crebroque sonitu pulsantur, tormenta ludricis fragoribus disploduntur, pyroboli variis artibus dispositi jactantur, ignes ingeniosi mira fabricati varietate ostentatur. Interea quoque juvenes et virgines, senes*

segun la posibilidad de cada una de ellas. Pero en la cathedral, cuyos canónigos juran defender la Inmaculada Concepcion de la Virgen, brilla el culto con magnificencia, y tanto en el mismo dia festivo como en los demas dias del octavario hay sermon; lo cual se practica tambien en algunas otras iglesias.

24. Concuerdan con el clero los demas fieles del pueblo, entre los cuales contando aun los negligentes en la observancia de los dias de fiesta, apenas hay alguno que no santifique el dia de la Inmaculada Concepcion, oyendo Misa y absteniéndose de obras serviles. Pero por lo comun en esta solemnidad mas que en las otras son visitados los templos con extraordinario concurso, se reciben los sacramentos, y se multiplican las obras de piedad y religion. A esto se añaden demostraciones de público regocijo, como son repiques alegres de las campanas, salvas de artilleria, cohetes de diferentes clases fuegos artificiales dispuestos con ingeniosa y admirable variedad, y entre tanto los jóvenes y

*cum junioribus lætis carminibus, jucundissimisque clamoribus laudant, plaudunt, extollunt Bmam. Dei Genitricem dicentes: Vivat Virgo Maria sine peccato concepta, quod quidem congruit cum officio proprio, quo ulimur, ad vespertas enim est y. Immaculata Conceptio est hodie Sanctæ Mariæ Virginis: Cujus innocentia inclita cunctas lætificat devotas animas.*

25. *En, Bme. Pater, quo modo se habeat cleri populi- que fidelis istius diœcesis devotio erga Illibatam Deiparæ Conceptionem. En quanto desiderio flagret pro majori ejus exaltatione, quantoque gaudio superabundabit, si Tua Sanctitas rem ad fastigium evehærit, illam apostolica auctoritate veluti catholicæ ecclesiæ doctrinam definiendo.*

26. *Restat nunc, Bme. Pater, ut ad ea tua postrema verba respondeam, quibus à me sciscitaris, quid de re ipsa sentiam, quidque exoptem.*

las vírgenes, los ancianos y los niños con festivas canciones y clamores alegrísimos alaban y aplauden y ensalzan á la Santísima Madre de Dios, diciendo: *Vivala Virgen Maria sin pecado concebida*; el cual elogio concuerda perfectamente con el oficio propio que rezamos, y en su verso de visperas dice: *Hoy es la Inmaculada Concepcion de Santa Maria Virgen.*—*Cuya inocencia inclita llena de gozo á todas las devotas almas.*

25. Ved aquí, Bmo. Padre, los devotos sentimientos de que el clero y pueblo fiel de esta diócesis se hallan poseídos acerca de la pura Concepcion de la Madre de Dios. Aquí manifiestan claramente cuanto es el ardor con que desean la mayor exaltacion de este misterio, y cuán excesivo será su gozo si V. Santidad eleva este punto hasta su mayor altura, definiéndolo con apostólica potestad como dogma de la iglesia católica.

26. Ahora resta, Bmo. Padre, que yo conteste á las últimas palabras en que me pregunta V. Santidad, cuál es mi sentir sobre este punto, y

*Sentio itaque Bmam. Virginem Mariam in primo instanti, quo ejus anima creata est et corpori unita, à peccato originali, divina gratia præveniente, puram fuisse ac prorsus immunem: et exopto quod ista Deiparæ prærogativa tamquam articulus fidei à Sanctitate Tua desiniatur.*

27. *Sentio inquam Bmam. Virginem fuisse sine peccato conceptam: idque me perpetuo defensurum jam pridem solemniter jurejuravi, pro certo habens, hanc veritatem in verbo Dei tum scripto, tum tradito contineri. In hanc sententiam prædecesores meos à multis retro sæculis convenisse, perspectum habeo atque exploratum. De illis aliqua propiùs ad rem attinentia breviter narrabo.*

28. *Atque in primis dicam de Sancto Petro Paschasio, ordinis B. Mariæ de Mercede professore, qui anno 1500 Granatæ tum maurorum ju-*

cuáles mis deseos. Mi sentir es, que la Santísima Virgen María en el primer instante en que su alma fué criada y unida al cuerpo, fué pura y enteramente libre del pecado original en virtud de la divina gracia recibida con anticipacion: y mis deseos son que V. Santidad desina como artículo de fe esta prerogativa de la Madre de Dios.

27. Es mi sentir repito, que la Santísima Virgen María fué concebida sin pecado original, y muchos años antes de ahora tengo jurado solemnemente defender este misterio, firmemente persuadido de que esta verdad se contiene en la palabra de Dios ya escrita en los libros santos, ya conservada en la tradicion. Tengo por cosa clara y bien comprobada, que mis predecesores de muchos siglos atrás pensaron del mismo modo. De ellos diré brevemente algunas cosas de las que mas de cerca pertenecen al asunto.

28. Y en primer lugar hablaré de S. Pedro Pascual del orden de la Santísima Virgen de la Merced, el cual en el año de 1500 murió

go subjectæ martyr occubuit. Præclarus ille vir, qui Parisiis geminis doctoribus Thomæ ac Bonaventuræ, ibi scholas illustrantibus, tertius est additus, ac deinde titulo ecclesiæ granatensis episcopus consecratus, postea dum esset episcopus giennensis, à mauris captus fuit, ac Granatæ in carcerem conjectus, in qua Bibliam parvam scripsit mira eruditione refertam de fidei mysteriis luculenter tractantem, atque inter ea de Virginis Immaculata Conceptione, quam probat nonnullis biblicis testimoniis, nempe Sicut liliam inter spinas etc. atque Tota pulchra es etc., asserens ista verba à Spiritu Sancto fuisse inspirata propter Mariam illibatè conceptam, sicut docet perpetua ecclesiæ traditio.

29. Eandem doctrinam inculcasse archiepiscopum itidem granatensem Ferdinandum Ninnum, patet ex Breviario per ipsum approbato an-

mártir en Granada, sujeta por entonces al yugo de los saracenos. Aquel varon ilustre que en Paris fué respetado como el tercero adjunto á los dos doctores Tomás y Buena-ventura, lumbreras insignes de aquellas escuelas, y que despues fué consagrado obispo titular de Granada; hallándose constituido posteriormente obispo de Jaen, fué cautivado por los moros y encarcelado en Granada. En la cárcel pues escribió una obra llena de admirable erudicion, con el título de *Biblia parva*, donde trata muy bien de los misterios de la fe, y entre ellos de la Concepcion Inmaculada de la Virgen, probándola con algunos testimonios biblicos, cuales son: *Sicut liliam inter spinas* etc. y *Tota pulchra es* etc., de los cuales asegura fueron inspirados por el Espíritu Santo con el fin de revelarnos que María fué concebida sin mancha de pecado, como lo enseña la perpetua tradicion de la Iglesia.

29. La misma doctrina inculcó el arzobispo tambien de Granada Fernando de Niño, como consta del breviario por él aprobado año

no 1544, in cujus rubricis designatur officium Immaculatæ Conceptionis, quod incipit: Sicut lilium, et cætera ut in officio Nogarolis à Sixto IV approbato cum indulgentiis pro illud recitantibus, in quo extant testimonia biblica à S. Petro Paschasio producta, aliaque similia una cum sententiis Patrum et scriptorum ecclesiasticorum, qui ut traditionis testes exhibentur.

50. De archiepiscopo Petro de Castro et Quiñones supra memoriam feci, sicut ut de ejus successore Philippo de Tassis. De isto tamen illud valde notabile adjiciam, quod anno 1617 doctorum hujus universitatis, cujus erat protector, judeque conservator, votum et juramentum probavit atque in suis manibus intra missarum solemniam recepit, hisce verbis emissum: «Juramus Deum et crucem per nos corporaliter tactam, et hæc sancta Dei Evangelia quod Immaculatam Virginis Mariæ Dominæ nostræ Conceptionem ab omni labe peccati originalis immunem

de 1544, en cuyas rúbricas es designado el oficio de la Inmaculada Concepcion que empieza: *Sicut lilium* etc., conforme con el de Nogarolis aprobado por Sixto IV, con indulgencias á favor de los que lo rezaren; en cuyo oficio se contienen los testimonios biblicos citados por S. Pedro Pascual y otros semejantes, juntamente con sentencias de los padres y doctores eclesiásticos propuestos como testigos de la tradicion.

50. Del arzobispo Pedro de Castro y Quiñones ya tengo hecha mencion, como tambien de su sucesor Felipe de Tassis, empero de este añadiré un hecho muy notable y es, que en el año de 1617 aprobó y recibió en sus manos *intra missarum solemniam* el voto y juramento de los doctores de esta Universidad, de la cual era protector y juez conservador. Las palabras fueron estas: «Juramos á Dios y á la cruz que tocamos con nuestras manos, y á estos santos evangelios de Dios, que defenderemos siempre en todas partes con todas nuestras



«semper et ubique pro viri-  
«bus et rationibus defenda-  
«mus, et pro hac veritate et  
«opinione quam sentimus et  
«habemus pro certiori, verio-  
«ri, securiori, magisque pia  
«et meritoria, vitam ipsam  
«effundere, si oportuerit, et  
«mortem subire non dubita-  
«mus, quod insuper nos fa-  
«cturos et servaturos solem-  
«niter vovemus et promit-  
«timus.»

51. *Quantum vero, Bme. Pater, creverit ex illis sæculis usque ad presens in hac diœcesi, sicut in universali ecclesia existimatio, fides, devotio et cultus erga hujusmodi mysterium sufficienter exposui. Quapropter cum divinum officium persolvo, toto corde credo ea, quæ ore profero, dum dico: Immaculatam Conceptionem Virginis Mariæ celebremus: Christum ejus præservatorem adoremus Dominum. Hanc veritatem credo, non quidem illa suprema certitudine, quæ fidei catholicæ est propria, et in hac re nondum definita locum habere nequit, sed ea certitudine quæ dicitur theo-*

«fuerzas y razones quanto po-  
«damos la Inmaculada Con-  
«cepcion de la Virgen María  
«Señora nuestra limpia de to-  
«da mancha de pecado origi-  
«nal; y no dudamos dar la vi-  
«da si fuere necesario, y su-  
«frir la muerte por esta ver-  
«dad y opinion, que sentimos  
«y tenemos por mas cierta,  
«mas verdadera y mas piado-  
«sa y meritoria, lo cual tam-  
«bien votamos y prometemos  
«solemnemente hacerlo y ob-  
«servarlo.»

51. Ya he manifestado ar-  
riba suficientemente, Bmo. Padre, cuanto es lo que despues de los siglos que acabo de referir hasta el presente ha crecido en esta diócesis y en la iglesia universal la fama, la creencia, la devocion y el culto de este misterio. Por eso cuando yo rezo el officio divino, creo de todo corazon aquellas palabras que profiero con la boca diciendo: *Celebremos la Inmaculada Concepcion de la Virgen Maria: Adoremus á su preservador Cristo Señor.* Yo creo esta verdad no con aquella suprema certidumbre que es propia de la fe católica, y no tiene lugar en este punto no

*logica et moralis, digna firmo assensu cujuslibet viri sapientis atque sensati. Et reapse B. Virginis Assumptio corporalis in celum quamvis nondum sit ab ecclesia ut articulus fidei proposita, ejus tamen certitudinem nemini licet contemnere vel in dubium revocare, ut docent theologi apud Benedictum XIV, libro 2 de festis capit. 8. Idem proinde censeri oportet de Immaculata Conceptione, ejus festum nunc eodem modo in ecclesia colitur.*

32. *Non ita res se habebat cum S. Bernardus celebrem illam epistolam contra cultum Immaculatae Conceptionis scripsit. Sed ejus verba ipsum cultum perfirmiter roborant atque confirmant. Ut enim rectè ratiocinatur laudatus Benedictus XIV lib. cit. de festis, cap. 15, n. 4: «præcipuus scopus S. Doctoris fuit auctoritas apostolicæ Sedis, qua inconsulta in-  
«vectam vidit festivitatem in*

definido todavía; sino con aquella certidumbre llamada teológica y moral, digna del firme asenso y consentimiento de todo hombre sabio, prudente y sensato. Y efectivamente la Asuncion corporal al cielo dé la gloriosísima Virgen, aunque todavía no está definida y propuesta por la iglesia como articulo de fe, con todo á nadie es licito menospreciar ni poner én duda su certidumbre, como enseñan los teólogos citados por Benedicto XIV en su libro 2.º de Festis cap. 8. Igual juicio debe hacerse de la Concepcion, cuya fiesta se celebra hoy en la iglesia universal del mismo modo que la de la Asuncion.

32. No sucedia esto cuando S. Bernardo escribió aquella célebre carta contra el culto de la Inmaculada Concepcion: pero sus palabras corroboran y confirman solidisimamente este mismo culto. Pues como discurre bien el mencionado Benedicto XIV libro citado *de Festis*, capitulo 15, n. 4: «el principal «objeto del santo doctor fué «la autoridad de la Silla Apostólica, sin cuya licencia y

«ecclesia Lugdunensi, ac pro-  
 «pterea si viveret, et ad Imma-  
 «culatam Conceptionem Se-  
 «dem Apostolicam esse intel-  
 «ligeret propensioem, ejus-  
 «que auctoritate in tota eccle-  
 «sia hanc peragi celebritatem  
 «videret, disciplinam hanc Ro-  
 «manæ Sedis tantopere proba-  
 «tam, statim amplexurum, cu-  
 «jus judicio epistolam illam  
 «subjecerat.» Citat sapientis-  
 «simus Pontifex pro hoc argu-  
 «mento Cardinales Bellarmi-  
 «num et Sfondratum; sed mi-  
 «hi notandum videtur, Bmo.  
 Pater, illos, aliosque au-  
 ctiores qui ante annum 1708  
 scripsere, superari quam ma-  
 xime à recentioribus in effi-  
 cacia ejusmodi argumenti.  
 Illi enim de festo à clero ce-  
 lebrando loquebantur; isti ve-  
 ro de ipso festo atque de lege  
 Clementis XI illud colendi  
 tamquam de præcepto, obser-  
 vata ubique terrarum ab epi-  
 scopis, clericis populisque fi-  
 delibus publicè ac solemniter  
 profitentibus Deiparæ sancti-  
 tatem non utcumque, sed præ-  
 cipuè ac designatè in primo  
 suæ Conceptionis instanti, ut  
 expressè declaravit præfatus  
 Alexander VIIasserens, quod  
 hoc sensu, et non in alio quo-

«aprobacion vió haber sido  
 «establecida la fiesta en la  
 «iglesia de Lion: y por lo  
 «tanto si hoy viviera, y en-  
 «tendiese que la Silla Apostó-  
 «lica es mas propensa en fa-  
 «vor de la Inmaculada Con-  
 «cepcion, y viese que en to-  
 «da la iglesia se hace esta  
 «celebridad con autoridad de  
 «la misma Silla Apostólica,  
 «desde luego abrazaría y se  
 «conformaría con esta disci-  
 «plina y práctica en tanto  
 «grado aprobada por la San-  
 «ta Sede Romana, á cuyo  
 «juicio habia el Santo sujeta-  
 «do su carta.» En favor del  
 asunto cita el sapientísimo  
 Pontífice á los cardenales  
 Belarmino y Sfrondati, pero  
 me parece digno de notarse,  
 Bmo. Padre, que ellos y otros  
 escritores de los años prece-  
 dentes al de 1708 son en gran  
 manera inferiores y sobrepu-  
 jados en la mayor fuerza de  
 razones por los mas moder-  
 nos. Porque aquellos hablan-  
 ban de la fiesta que en su  
 tiempo debia ser celebrada  
 por el clero; mas estos aña-  
 den la ley de Clemente XI,  
 que manda sea celebrada la  
 misma fiesta como de precep-  
 to, y observada en todo el

*cumque, à nonnullis auctori-  
bus excogitato, festività ista  
ab antiquo fuit celebrata.*

55. *Cum igitur Christi  
ecclesia columna sit ac firma-  
mentum veritatis, sancta et  
infallibilis in rebus fidei et  
morum, ad quos pertinet vir-  
tus religionis et divinus cul-  
tus, impossibile est eam erra-  
re dum tolerat, consulit, di-  
versis modis promovet immo  
universali præcepto mandat  
cultum Immaculatae Conce-  
ptionis. Quapropter theologi  
recentiores unanimi suffra-  
gio docent hanc rem esse à  
Deo ecclesiae revelatam, id-  
que ita clare ac luculenter  
constare ut jam ab Apostoli-  
ca Sede possit definiri.*

mundo por los obispos, los  
clérigos y los pueblos fieles,  
confesando todos pública y  
solemnemente la santidad de  
la Madre de Dios; no como  
quiera y generalmente ha-  
blando, sino en un sentido  
principal y especial la santi-  
dad del primer momento de  
su Concepcion, como expre-  
samente lo declaró Alejan-  
dro VII, asegurando, que en  
este sentido y no en otro de  
cualquiera de los excogitados  
por algunos autores, fué ce-  
lebrada desde los tiempos  
antiguos esta fiesta.

55. Siendo pues la iglesia  
de Cristo columna y apoyo de  
la verdad, siendo santa é in-  
falible en los puntos de fé y  
de costumbres, á las cuales  
pertenece la virtud de la reli-  
gion y el culto divino, es  
imposible que erre, cuando  
tolera, aconseja, promueve  
de varios modos, y sobre to-  
do manda con precepto uni-  
versal el culto de la Inmacu-  
lada Concepcion. Por tanto  
los teólogos modernos ense-  
ñan acordes estar este punto  
revelado por Dios á la Iglesia  
y constar así con tanta luz y  
claridad, que ya puede ser de-  
finido por la Sede Apostólica.

54. *Sic ego itidem sentio, Bme. Pater, valde mihi persuasum habens, hujusmodi definitioni hisce temporibus nihil obstare; quin potius plurimum ipsam conferre posse ad majorem Dei gloriam incitandam et promovendam. Ex quo enim Immaculata Virginis Conceptio tamquam articulus fidei canonice decernatur, Deus qui magnus est et laudabilis nimis in operibus suis, ac præcipue in Sanctis ejus, mirabiliorem ac laudabiliorem se nobis exhibebit in sanctitate et justitia originali ipsius gloriosissimæ Virginis Mariæ, quam ut Reginam angelorum et sanctorum omnium invocamus. Profecto in illis speciali decore imago Dei fulget, proptereaque apposite vocantur cæli qui enarrant gloriam Dei et confitentur mirabilia ejus; Maria tamen adeo illos tum dignitate tum sanctitate præcellit, adeo quoque Unigenito Filio Dei quem ipsa genuit plenum gratiæ et veritatis, similis existit, non modo carne sed etiam spiritu, ut salva præstantia ejusdem Dei Filii, merito laudari possit «sicut vapor virtutis Dei, emanatio quæ-*

54. Yo tambien pienso del mismo modo, Bmo. Padre, muy persuadido de que á esta definicion en los presentes tiempos nada hay que se oponga; antes bien ella podrá conducir muchísimo á incitar y promover la mayor gloria de Dios. Con efecto desde que la Concepcion Immaculada de la Virgen llegue á ser canónicamente definida como artículo de fe, Dios que es grande y laudable sobremanera en sus obras, y principalmente en sus Santos, será conocido por mas maravilloso y mas digno de alabanzas en la santidad y justicia de la gloriosísima María Virgen, á quien invocamos como Reina de los ángeles y de todos los santos. En ellos á la verdad resplandece con especial decoro la imágen de Dios, por lo que son oportunamente designados con el nombre de cielos que publican la gloria de Dios y manifiestan las maravillas del mismo Señor; pero María no solo en dignidad sino tambien en santidad los excede de un modo tan superior, y así en la carne como en el espíritu es tan semejante al unigéni-



*«dam claritatis omnipotentis  
«Dei sincera, et ideo nihil  
«inquinatum in ea invenitur:  
«candor est enim lucis æter-  
«næ et speculum sine macula  
«Dei majestatis et imago bo-  
«nitatis illius.»*

35. *Porro inter multiformes, innumeras, sublimesque laudes ac congratulationes, quibus dignissima est Virgo Maria, illæ, quæ ejusdem gratiam sanctificantem et charitatem respiciunt potissimum obtinent locum. Idcirco quantumvis gloriosa sit ipsius Assumptio in cælum cum corpore redivivo ac incorruptibili, gloriosior tamen est Conceptio cum anima à corruptione peccati per gratiam sanctificantem mirabiliter præservata. Præstantior enim est integritate ac incorruptione corporis integritas et incor-*

to Hijo de Dios, á quien concibió en sus entrañas lleno de gracia y de verdad, que salvo el honor supremo del mismo Hijo de Dios, puede ser con razon elogiada y considerada «como una exhalacion de la virtud de Dios, «como una virtud pura de la «gloria de Dios omnipotente, «por lo que no tiene lugar en «ella ninguna cosa mancha- «da; como que es el resplandor de la luz eterna, y un «espejo sin mancilla de la «majestad de Dios, y una imagen de su bondad.» (Sap. VII. 26 etc.)

35. Además de esto entre las multiformes, innumerables y sublimes alabanzas y y congratulaciones de que es dignísima la Virgen María, tienen el primer lugar aquellas que miran á su gracia santificante y su caridad. Y así por muy gloriosa que sea su Asuncion al Cielo con su cuerpo resucitado é incorruptible, es mucho mas gloriosa su Concepcion, en la que su alma fué con la gracia santificante preservada milagrosamente de la corrupcion del pecado, porque es mucho mas excelente la integridad y

*ruptio animæ. Unde si optio Virgini daretur, millies in cineres et pulveres corporis redigi eligeret, quam semel et unico momento inimicitiam Dei ac diaboli servitutum incurrere. Exiliter ergo Mariam laudant, qui peccati macula deturpatam judicant, licet in momento proximo post Conceptionem mundatam; in peccato enim non mora, sed fœditas est æstimanda: quocirca præstat vel tota æternitate cælo esse exulem et infelicem, quam uno momento peccatorem. Ideoque Bma, Virgo Maria, ut verbis utar cardinalis Sfondrati in sua Innocentia vindicata § 2 n. 4., «malit non esse Virgo, non esse Dei Mater, non esse Beata, non creaturarum omnium Regina, quam vel uno momento Deo exosa, expersque gratiæ et peccato fœdata esse, nec esse innocens. In hoc ergo momento vertuntur omnia, quæ Virgini nostræ charissima et pretiosissima sunt. Dic de illa quidquid volueris, tantum ne appelles peccatricem et filiam iræ: hoc Virgini plus dolet, fuisse corruptam.»*

la incorrupcion del alma, que la integridad y la incorrupcion del cuerpo. De consiguiente si á la Virgen se le diera opcion, elegiria ser reducida mil veces á la ceniza y polvo, mas bien que incurrir una sola vez y por solo un momento en la enemistad de Dios y esclavitud del diablo. Aquellos doctores pues que opinan que María fué manchada con el pecado en el primer momento de su Concepcion, pero que en el inmediato momento siguiente fué purificada y limpia del mismo pecado, tributan á la Señora una mezquina, diminuta y pobre alabanza; porque en el pecado se considera no el tiempo de su larga ó breve duracion, sino su abominable fealdad; y así menos malo es vivir desterrado del cielo y ser infeliz por toda la eternidad, que ser pecador por un solo momento. Por lo tanto, para valerme de las palabras del cardenal Sfondrati en su obra titulada *Innocentia vindicata*, §. 2, n. 4, «la Bma. Virgen María hubiera querido no ser Virgen, no ser Madre de Dios, no ser bienaventurada, no ser Rei-

«na de todas las criaturas,  
«hubiera querido digo, no  
«ser nada de esto, mas bien  
«que el ser por un solo mo-  
«mento aborrecida de Dios y  
«desnuda de la gracia, afea-  
«da con el pecado y privada  
«de la inocencia. En este so-  
«do momento consiste y está  
«todo lo que es mas amado y  
«mas apreciado para nuestra  
«Virgen. Digase de ella lo  
«que se quiera, pero no se  
«llame pecadora é hija de ira,  
«lo que mas siente es qué se  
«diga fué depravada y viciada  
«por el pecado.»

56. *Quod autem ad utili-  
tatem spectat ecclesie mili-  
tantis, minime dubitari po-  
test eam copiosos collecturam  
fructus ex laudibus Bmæ.  
Virgini sub Conceptionis ti-  
tulo tributis; docemur enim  
in postcommunione Missæ  
Egredimini Deum deprecari,  
ut qui Mariæ Conceptionem  
jubilando celebrant, fructum  
centuplum suæ devotionis ac-  
cipiant. Proinde dum istius-  
modi Conceptio canonicè de-  
finita fuerit tamquam omni-  
no sancta et immaculata, lau-  
des Bmæ. Virgini sub hoc ti-  
tulo tributæ merito speciali  
ac proprio actus fidei divinæ*

56. En cuanto á la utili-  
dad de la iglesia militante,  
no puede dudarse que esta  
reportará copiosos frutos de  
las alabanzas dadas á la Vir-  
gen bajo el titulo de su Con-  
cepcion, pues en la oracion  
llamada *Postcommunio* de la  
misa *Egredimini* somos en-  
señados á pedir á Dios, que  
aquellos que con júbilo cele-  
bran la Concepcion de Maria,  
reciban el fruto centuplicado  
de su devocion. Así pues,  
cuando esta Concepcion sea  
canónicamente definida como  
entera y absolutamente san-  
ta é immaculada, entonces las  
alabanzas tributadas bajo este



*cumulabuntur, ferventiores erunt, Filio Dei ejusque dignissimæ Matri gratiores, uno verbo ecclesiæ militanti utiliores.*

37. *Equidem verbis exprimi non potest quam dignanter, benigne dulciter, et amicè sese habeat Bma. Virgo erga Filii sui suosque devotos amatores. Ipsa diligentes se diligit, atque charismatibus satis abundè extruit, disponitque servos suos, ut benedicti Filii sui et Spiritus Sancti sint habitatio et templum. Ipsa fuit gratia plena, et vere plena, ut de plenitudine ejus omnes creaturæ accipiant, largoque cœlestium donorum imbre infundantur. Ipsa est Mater pulchræ dilectionis, et timoris, et agnitio- nis, et sanctæ spei, atque in ipsa est gratia omnis viæ et veritatis, omnis spes vitæ et virtutis.*

38. *Cum ergo Bma. Virgo tantis à Deo facultatibus sit locupletata, quam maxime sperandum est, ut hujusmodi*

título á la gloriosísima Virgen serán realzadas con el mérito especial y propio del acto de fe divina, serán mas fervorosas y agradables al Hijo de Dios y á su dignísima Madre, en una palabra mas útiles á la iglesia militante.

37. A la verdad es indecible cuanta es la dignacion, benignidad, dulzura y benevolencia con que mira la Santísima Virgen á los devotos amantes de su Hijo y de la misma Señora. Esta ama tiernamente á los que la aman, y llena de abundantísimos carismas á sus siervos, disponiéndolos para que sean habitacion y templo de su bendito Hijo y del Espiritu Santo. Ella fué llena de gracia y verdaderamente llena, para que de su plenitud participen todas las criaturas, y sean rociadas con abundante lluvia de dones celestiales. Ella es madre del amor hermoso y del temor, y de la ciencia de la salud y de la santa esperanza; y en ella está toda la gracia para conocer el camino de la verdad, toda esperanza de vida y de virtud.

38. Hallándose pues la Santísima Virgen colmada por Dios de tantos bienes, tenemos muy poderosos mo-

*sibi gratissimis laudibus et obsequiis propitiata et devincta, illos suos misericordiæ oculos ad nos convertens à malis, quibus in præsentī luctuosissima teterrimaque tempestate premimur, potenter eripiat.*

39. *Satis hactenus, Bme. Pater, nam ex dictis sufficienter, ni fallor constat, clerum populumque fidelem istius diœcesis Immaculatam Deiparæ Conceptionem fervida, et extraordinaria devotione prosequi, ejusque festum solemnitus et exultanter hodie colere, et à multis retro sæculis coluisse, vehementer ex tunc usque nunc exoptandò, quod à Sancta Sede Apostolica veritas hujus mysterii tamquam articulus fidei definiatur. Me itidem id ipsum exoptare assertum habeo, multiplicibus adjectis rationibus, tum pro eminenti probabilitatis et certitudinis ipsius mysterii gradu, tum pro præsentī convenientia et opportunitate expetitæ apostolicæ definitionis. Nihilominus meum judicium Tuo, Bme. Pater, omni animi mei demissione committo atque subji-*

tivos para esperar que propiciada y obligada con las alabanzas y los obsequios que se han referido, y que le son sumamente agradables, se dignará volver á nosotros sus ojos misericordiosos y librar-nos con gran poder de los males que nos oprimen en los presentes tiempos tristisimos y horrorosimos.

39- Basta, Bmo. Padre, pues con lo ya dicho queda manifestado suficientemente, si no me engaño, que el clero y el pueblo fiel de esta diócesis profesan una extraordinaria devocion á la Inmaculada Concepcion de la Madre Dios, y que con solemne exultacion celebran en nuestros dias esta festividad, asi como la han celebrado antes por muchos siglos, deseando desde entonces hasta hoy con grande ardor que la verdad de este misterio sea definida por la Santa Sede Apostolica como articulo de fe. He declarado y confesado tambien, que yo deseo eficazmente lo mismo, añadiendo muchas y varias razones, ya para mostrar el eminente grado de probabilidad y certidumbre del mismo misterio, y ya para persuadir que en el tiempo presente es útil y oportu-

*cio. Ad Te enim qui succesor B. Petri Principis Apostolorum, verus Christi Vicarius, totiusque ecclesiae caput, et omnium christianorum Pater ac Doctor existis, spectat rem istam irreformabili, atque ab omni ecclesia, venerando ac servando decreto definire. Quod si ut fidentissimè expecto, perfece- ris, novo ac plenissimo gaudio non modo Granatensem, sed et universam ecclesiam replebis, Tibique remunerationem illam, quam elucidantibus se Virgo ipsa pollicetur cumulatissimè comparabis. Interea tamen Deum Optimum Maximum enixè precor, ut Te ad universi orbis catholici solatium et prosperitatem diu sospitem servet, tuamque Apostolicam benedictionem humiliter exposco et esflagito. Granatæ die 19 Julii anno 1850. =Bmo. Pater, =Sanctitatis tuæ addictissimus, et obsequentissimus filius =Ludovicus Antonius Folgueras et Sion, Archiepiscopus Granatensis.*

na la muy deseada definicion Apostólica. Sin embargo, Bmo. Padre, yo con la mas profunda sumision confio y sujeto mi juicio al de V. Santidad, á quien como á sucesor de S. Pedro principe de los apóstoles, como á verdadero Vicario de Cristo, Cabeza de toda la Iglesia, Padre y Doctor de los cristianos corresponde definir este punto con decreto irreformable, digno de la veneracion y observancia de toda la Iglesia. Yo espero con grandísima confianza, que V. Santidad tomará esta resolucion, en cuyo caso llenará de un nuevo y cumplidísimo gozo á la iglesia no solo de Granada, sino tambien de todo el orbe, y merecerá para si propio la riquísima recompensa que la misma Virgen promete á los que la esclarecen. Mas entre tanto ruego eficazmente á Dios Optimo Máximo, que para consuelo y prosperidad de todo el orbe católico guarde la vida de V. Santidad, á quien humildemente pido y suplico su Bendicion Apostólica.

Granada 19 de Julio de 1850.  
=Bmo. Padre, =Soy de V. Santidad afectísimo y obedientísimo hijo. =Luis Antonio, Arzobispo de Granada.

En el ministerio de Justicia  
aprobada. Con el fin de  
dar lugar a la publicación  
de los decretos que se  
expedieron en virtud de la  
Ley de 27 de Mayo de 1890  
relativa al sistema de  
inscripción de los bienes  
racionales de las empresas  
y sociedades mercantiles.  
El presente Decreto tiene  
por objeto declarar la  
aplicación de la Ley de  
27 de Mayo de 1890 a  
las sociedades mercantiles  
que se forman en virtud  
de las leyes anteriores a  
la de 27 de Mayo de  
1890. En consecuencia  
de lo anterior, se declara  
que desde el día de la  
publicación de este Decreto  
se aplicará a las  
sociedades mercantiles  
que se forman en virtud  
de las leyes anteriores a  
la de 27 de Mayo de  
1890, el sistema de  
inscripción de los bienes  
racionales establecido en  
la Ley de 27 de Mayo de  
1890. Lo dispuesto en  
este Decreto se aplicará  
a las sociedades mercantiles  
que se forman en virtud  
de las leyes anteriores a  
la de 27 de Mayo de  
1890. En consecuencia  
de lo anterior, se declara  
que desde el día de la  
publicación de este Decreto  
se aplicará a las  
sociedades mercantiles  
que se forman en virtud  
de las leyes anteriores a  
la de 27 de Mayo de  
1890, el sistema de  
inscripción de los bienes  
racionales establecido en  
la Ley de 27 de Mayo de  
1890. Lo dispuesto en  
este Decreto se aplicará  
a las sociedades mercantiles  
que se forman en virtud  
de las leyes anteriores a  
la de 27 de Mayo de  
1890.

En el ministerio de Justicia  
aprobada. Con el fin de  
dar lugar a la publicación  
de los decretos que se  
expedieron en virtud de la  
Ley de 27 de Mayo de 1890  
relativa al sistema de  
inscripción de los bienes  
racionales de las empresas  
y sociedades mercantiles.  
El presente Decreto tiene  
por objeto declarar la  
aplicación de la Ley de  
27 de Mayo de 1890 a  
las sociedades mercantiles  
que se forman en virtud  
de las leyes anteriores a  
la de 27 de Mayo de  
1890. En consecuencia  
de lo anterior, se declara  
que desde el día de la  
publicación de este Decreto  
se aplicará a las  
sociedades mercantiles  
que se forman en virtud  
de las leyes anteriores a  
la de 27 de Mayo de  
1890, el sistema de  
inscripción de los bienes  
racionales establecido en  
la Ley de 27 de Mayo de  
1890. Lo dispuesto en  
este Decreto se aplicará  
a las sociedades mercantiles  
que se forman en virtud  
de las leyes anteriores a  
la de 27 de Mayo de  
1890.



